

nobis gratia agi solebant (G.); vel, ut populus clamitare solet præ gaudio in solemnitate (V.).

VERS. 8. — TENDIT; vel, extendit, (Mo. P. M., etc.) FUNICULUM. Sic M. V., vel, regulam, (P. Ti., etc.) perpendicularum, (Q. in V.) lineam, (Mo.) sub vastationis (V.). Tunc non solum ad regulam aedificabant, sed et destruebant (Mar.). Sic 1 Reg., 21, 13; Isa. 34, 11, q. d.: Certas Hierosolymæ partes destinavit excidio (Pi.). Designavit animo ejus demolitionem; solent enim fabri murarii, cum partem aliquam muri dejicere volunt, rubricâ, aut aliâ ratione, signum imprimere, ut quousque in deiciendo progredi debeant cognoscant (Me.). Omnia solo æquavit quasi ad libellam (G.). LUXURIE, etc., et, vel, itaque, (Calv.) ob id, (M.) desolavit, vel, luxit, (M. & V. Calv.) vel, luctum affert, (JT.) luctu afficit, (Pi.) æsternale, vel, præmiationi, (JT.) præmiationem, (Pi.) et murus, (Mo. Calv. M., etc.) vel, murum, (P. Pi.) pariter, vel, pariterque, (M.) infirmati sunt, (Mo.) vel, desolata sunt, (P.) subversi sunt, (M. sim. Calv.) elanguerunt, vel, succisa sunt, (Pi.) languescerunt (JT.). Alii totum sic reddunt: *Lugent ergo simul propugnacula, et murus deformatus* (Ti.). Excisaque lugent propugnacula, simul et mœnia (Ca.). Pomarium est in luctu, et murus, miserabiliter postratus jacet (Strig.).

VERS. 9.—DEFIXE, vel, demeræ, (Mo. P.) pessundata, (Ca.) sunt in terrâ, vel, in terram, (P.) FORTE. Partim, subverse, partim submersæ, et ruderiorum sepultæ (Me. sim. T. Ang.). Ita ut nihil earum appareat (T.) q. d.: Portæ non erunt obstaculo quò minus hostes liberè in urbem percurrant, quia ille jacent in terrâ (Calv.). CONTRIVIT VECTES ERES, nempe Deus, ex V. 8. Vel, verbum indefinitè sumitur, pro, *Contriti sunt*, etc. (Ang.) REGEM, etc. *Regem ejus et principes ejus in gentibus: non, sub, est, (P.) lex, (Mo. P.) rex ejus et princeps, vel principes, ejus, sub, sunt, (JT.) vel, degunt, (Pi.) vel, abducti sunt, (Ch. V. Ti. sim. M. Calv.) in gentibus, (Calv.) vel, inter gentes, (V. JT. Pi.) vel, ad gentes, (M. Ti.) non, vel, nulla, (Calv.) est lex, (Ti. Calv. Vultg., etc.) vel doctrina prophetica. Confer Psal. 74, 9 (Calv.). Lex nec legitur nec docetur, nec conservatur; tabula et volumina ejus cum templo perierunt (Ang.). Alii: Nulla est forma civitatis: hanc enim facit lex cum magistratibus, et hi captivi ducti sunt (Me.). Nulla observantia legis de sacrificiis et cultu Dei (T.). Alii: *Sine lege* (JT. G.); id est, amisso jure ætæternis (G.). Vel, et sunt absque lege, (Ti.) vel, ubi non est lex, (Pi. Strig.) id est, institutio ex verbo Dei per sacerdotes et levitas: nam prophetarum institutio mox commemoratur seorsim (Pi.). Sim. Ca.: *Apud gentem exteget*. Alii: *Eo quòd non custodierant verba legis* (Ch.). NON INVENERUNT, vel, nacti sunt, (Ti. sim. Ca. Pi.) vel, præsentem habent, (JT.) visionem, etc. Ita Mo. P., etc. Non prophetant quæ Domini sunt (V.). Responsum nullum à Deo irato accipiunt, quo dirigi populus possit (T.).*

VERS. 10.—CONTIGERUNT SENES, etc. Consilio de-

stituti, et alios secum traxerunt in cæcum et immanem luctum (Calv.). VIRGINES. Quæ curioso esse solent, deditæque deliciis (idem).

VERS. 11.—EFFUSUM EST IN TERRA JECUR MEUM. Ita Mo. P., etc., et cum eo omnia viscera (T. ex Me.), præ dolore et compassione (Me.). Alii: Evomui ex indignatione fel meum. Confer Job. 16, 15 (Pi. Ang.). *Jecur* ponitur per metonymiam pro vesicula fellis, quæ sub imâ ejus parte collocatur: et hæc, pro felle quod in eâ continetur (Pi.). Alii: Sanguis è jecore diffudit, etc. (Jun. sim. Glas.) q. d.: Dolore et terribus ferè exanimor, ac si jecur cum omni sanguine effunderetur (Glas. rhet. 4, 10, 267.). Al. Desideria mea omnia considerunt. Eorum enim sedes jecur (G.). Cum, etc., vel dum, DEFICERET, vel, obruitur, (JT.) vel, obtegeretur, scilicet tenebris et vertigine (Pi.): vel, animi deliquium patenter (Ti.); vel, evanuit; *hataph* propriè, *operire*; interdum tamen valet *evanescere* (Calv.). PARVULUS, ET LACTENS, etc., (P. etc.) præ fame, ut sequitur (G.).

VERS. 12.—DIXERUNT, tempore obsidionis. Confer Lam. 4, 4 (Ang.). CUM DEFICERENT QUASI VULNERATI. Pari conditione cum illis, si non deteriorè (Ang.). Famosevius trucidantur quam gladio (Me.). Cum, etc., *effunderetur anima eorum*, etc., (P. M. sim. Mo. JT., etc.) *postquam effuderant animam suam*, id est, votum ac desiderium; in sinum matrum suarum (V.).

VERS. 13.—CUI? etc. *Quid, vel, quod, (Ti.) quale, (M.) testificabor, vel, contestabor, vel, testificari faciam, (Mo.) vel, testimonium feram, (M. sic. JT.) tibi? (P. Calv.) Quid ego te moneam? (Ca.) Quibus verbis contestabor te? (Ch.) Quo te contestor? (Ti.) Quam rem contestabor te? id est, quò, tanquam testes, convincam te, quòd non habeas causam tantoperè merendi? q. d.: Nescio. Sunt verba dubitantis (Pi.). *Quid testibus probabo quemquam accepisse eladem tui parentem? (V. sim. Calv.)*. Solamur miseros dicendo, v. g.: Tu non es primus, neque ultimus, etc., cur adeò te exercitas? At, inquit, clades tua superat omnia exempla (Calv.). Quæ gens tam duro percussa est supplicio? etc. (M. ex K. sim. V.). Cui? etc. *Quid æquabo?* id est, ut æquale comparabo (Pi.); vel, *æquarem, (JT.) vel, quem proponam, (M.) tibi, et consolabor te? (Mo.) vel, ut consoler te? (P. Calv., etc.)*. MAGNA EST... VELUT MARE; magnitudine et fluctibus (Mar.). Clades tua est profundissima abyssus (Calv. sim. T.). Ut nulla æquarum copia mari, ita nullus dolor tuo, conferri potest (Me.). Proverbium est: *Mare malorum; similitudo æquarum et maris in SS. magnitudinem tantum et copiam rei denotat* (Boot. anim. 4, 9, 10, 195.). Alii *velut*, sub, *constritio, sive ruptura, maris*, hoc est, quam non fluvius, sed mare, irrumpens efficit (Ang.).*

VERS. 14.—PROPHETE TUI. Non Dei prophete, sed tui, ubi adulantes, Jerem. 23, 16 (G.); VIDERUNT TIBI FALSA, etc. Te non cavente, sed appetente mendacia, etc. (Calv.). VIDERUNT TIBI ASSUMPTIONES, etc., onera, vel, onerosas prophetias (J. T.), vel, prophetias (P. Angl.). Vox enim largè hic sumitur, ut Proverb. 31,

1, Zach. 12, 1 (Ang.), mendacii (Mo.), vel, vana (Ti. Pi., etc.), luctus (Calv.). VIRGINES, etc. et expulsioniones (Mo. P. V. Ti. Calv. sim. & Pi., etc.), vel, abjectiones (M.), profligata (Ca.), fallaces (Sy.), phantasmata (Ar.), verba erroris (Ch.), et ab depulsionem spectantium (J. T.), id est rationes quibus expellerent te à me, vel à viâ rectâ (V.); vel, per quas depulsus es è patriâ (Pi. sim. Strig.). Non temerè usurpat Jeremias nomen צדק, quòd propriè onus, vel duram prophetiam, sign., quantum loquatur de istorum vaticiniis, quæ leta et blanda erant; q. d.: Viderunt, nonimpunitatem, quam vobis pollicebantur, sed onera, et graviora quam omnes minæ Jeremias, quas isti oneris nomine odiosè traducebant; nempe, ut sequitur, expulsiones, hoc est, materiam exilii. Ostendit ergo quem fructum pepererint ille eorum blanditiæ, etc. (Calv.). Aliter Heb. צדק de vaticiniis tristibus dici solet. Talia illi caneant adversus Babylonem. ET ELECTIONES. Vaticinabantur tibi, fore ut Babylonios longè depelleres (G.).

VERS. 15.—GAUDIUM UNIVERSE TERRE. Sic vocat, vel, 1^o quòd Deus ita liberaliter hic effuderat dona sua et gratiam suam, ut materia lætitiæ omnibus suppeteret: nam rebus pulchris delectamur, etc. (Calv.); vel, 2^o quòd Deus ille testimonium et pignus favoris sui deposuerat; et hoc modo Jerusalem potuit exiliare totum mundum, quia poterat invitare ad Deum cunctas gentes (Q. in Calv.); sed hoc argutum magis quam solidum videtur (Calv.); vel, 3^o per modum irrisionis, hoc repetentes velut ex ore Judæorum, de Hierosolymâ tanquam gaudio totius terræ olim gloriabantur. Confer Ps. 48, 3, et 50, 2.

VERS. 16.—APERUERUNT, vel, dilatant, (JT. Pi.) SUPER, vel, contra, (Pi.) TE OS SUUM. Sic P., ut hiantes fere, Ps. 22, 14 (G.): vel, ut plenis buccis convicietur (Calv.). Alii: Diducto ore irrident te (V. sim. Ang.). Vide Job. 16, 10 Ang. FREMUERUNT, vel, fremuerunt, (Mo. P. Ti., etc.) DENTIBUS; itâ M. & etc. Quòd signum extremi odii; imò aliquid furiosum, vel etiam bellium, declarat (Calv.). VIDIMUS. Itâ Mo. P. etc., vel, videmus, scil., cum voluptate (Pi.): vel, fruimur (JT.).

VERS. 17.—QUEM PRÆCEPERAT, vel, denuntiaverat, (Pi.) A DIEBUS ANTIQUE. QUEM MINATUS ERAT in lege, Lev. 26, 53; Deut. 28, 36, 48 (G.): vel, per prophetas suos (V. Calv.), quorum alios post alios submitit, per multos annos, imò plura secula. Ita perstringit indomitam populi obstinationem, quòd toties admoniti non respicerent, etc. (Calv.).

VERS. 18.—CLAMAVIT COR EORUM AD DOMINUM SUPER MURIS, etc. *Murus fitæ Sion*, etc., (M.) vel, *mure, sive, O mure*, etc. (Mo. P. Calv. JT. Pi. Ti., etc.). CLA-

CAPUT III.

1. ALEPH. Ego vir videns paupertatem meam in virgâ indignationis ejus.

2. ALEPH. Me minavit et adduxit in tenebras, et non in lucem.

3. ALEPH. Tantùm in me veritè et convertit manum suam totâ die.

mabant Hierosolymitani animo quidem intento ad Deum (V.), sed convenerentes sermone suum ad murum (V. Calv.). *Mure*, etc., inquit, *deducas lacrymas*, etc. Prosopopœia, quæ populi duritiem exprobat: atqui nunc, inquit, muri et lapides fluebunt, quia liquefient, vel excisi erunt ac si liquefacti essent. Allusio est ad ruinam, etc., sub voce *muri* totam urbem synecdochicè comprehendit (Calv.). Ut *via lugere*, sub. 1, 4, ita *muri flere*, dici possunt. *Murus* hic concepit potest tanquam materia hujus clamoris, cum scil., muri vel perrupti ab hoste essent, vel postea eversi, etc. (Ang.). Alii, *de muro*, etc. (Strig.).

VERS. 19.—CONSUETUS, q. d.: Excute segnitiam et torporem animi in vitis (Calv.). LAUDA, etc., *exulta, etc. (s. sim. Ar.) prædica*, etc. (Mo.) *Clama nocte*, (Calv. P. sim. JT. Pi., etc.) cum alii ad lectum et quietem se conferunt (Calv.). Aliter Heb. צדק de vaticiniis tristibus dici solet. Talia illi caneant adversus Babylonem. ET ELECTIONES. Vaticinabantur tibi, fore ut Babylonios longè depelleres (G.).

VERS. 20.—QUEM VINDICAVERIS, etc., *ad quem causasti sic*, (Mo.) *quoniam sic feceris*, (P. M. Pi. Calv. sim. JT.) quem sic *racemaveris, vel vindicaveris*, (V. &) *æquem unquam sic tractaveris*, (Ca. sim. Strig.) *ad quid vindicasti?* (V. Ti.) *Ergone*, etc? *An comedent, vel, comedunt, mulieres fructum suum, parvulos educationem?* (Mo.) *vel, educationis?* (Calv.) *qui educantur?* (P.) *infantiles?* (M.) *palmares?* (JT. Pi.) *vel, quòd à nutricibus palmis contractari soleant; vel, quòd statura eorum sit aliquot palmorum. Admirativè dictum; q. d.: An hoc unquam fando auditum, etc. (V.)? Ecquando fetus suos infantem palmares, comederit femina?* (Ca.) *Adeò ut devorarem... palmi magnitudine*, (Ti.). Factum hoc secundùm minas legis, Deut. 28, 53 (G.).

VERS. 22.—VOCASTI, vel, convocas, sive convocasti, (JT. Pi.) QUASI AD DIEM, tanquam diem, (Mo.) quasi die, (Pi. Ca.) SOLEMNEM, solemnitatis, (Mo. Pi., etc.) vel, festum (Ti.) vel, conventus, qui (JT.) *terrere*, etc. *Terrores*, vel *timores meos* (M. Mo. P. etc.). Eos à quibus mihi maximè timebam (V.); hostes terribiles (Me.). Ab omni regione hinc in me adrocatè, non aliter quam ad festum diem homines convocari solent (G.), cum multe catervæ Hierosolymam venerant (Calv.). QUOS EDICAVI, vel, *audi, vel, palmis obtinui*, (Mo.) *palmis gestabant* (JT. Pi.) et *exteri*, (P. M. Ti.) *vel, entrii, (V.) auxi*, (Mo. Ca.) *Hebr., multiplicabam; sic Ezech. 19, 2 (Pi.)*.

CHAPITRE III.

1. ALEPH. Je suis un homme qui vois ma pauvreté étant sous la verge de l'indignation du Seigneur.

2. ALEPH. Il m'a conduit, et il m'a amené dans les ténèbres, et non dans la lumière.

3. ALEPH. Il n'a que tourné et retourné sa main sur moi pendant tout le jour.

4. 2 BETH. Vetustam fecit pellem meam et carnem meam : contrivit ossa mea.
5. 2 BETH. Adificavi in gyro meo, et circumdedit me felle et labore.
6. 2 BETH. In tenebris collocavit me, quasi mortuos sempiternos.
7. 2 GHMEL. Circumadificavit adversum me, et non egrediar : aggravavit compedem meum.
8. 2 GHMEL. Sed et clamaveram et rogavero, exclusit orationem meam.
9. 2 GHMEL. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subvertit.
10. 2 DALETH. Ursus insidians factus est mihi : leo in absconditis.
11. 7 DALETH. Semitas meas subvertit, et confregit me posuit me desolatam.
12. 7 DALETH. Tetendit arcum suum, et posuit me quasi signum ad sagittam.
13. 7 HE. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.
14. 7 HE. Factus sum in derisum omni populo meo. canticum eorum tota die.
15. 7 HE. Replevit me amaritudinibus : inebriavit me absinthio.
16. 7 YAV. Et fregit ad numerum dentes meos, et bavit me cinere.
17. 7 YAV. Et repulsa est à paco anima mea : oblitus sum honorum.
18. 7 YAV. Et dixi : Perit finis meus, et spes mea à Domino.
19. 7 ZAIN. Recordare paupertatis et transgressionis meæ, absinthii et fellis.
20. 7 ZAIN. Memoria memor ero, et tabesceat in me anima mea.
21. 7 ZAIN. Hæc recitans in corde meo, ideò sperabo.
22. 7 HETH. Misericordie Domini, quia non sum consumpti : quia non defecerunt miserationes ejus.
23. 7 HETH. Novi dilectio : multa est fides tua.
24. 7 HETH. Pars mea Dominus, dixit anima mea : propterea expectabo eum.
25. 2 TETH. Bonus est Dominus sperantibus in eum, anime quærenti illum.
26. 2 TETH. Bonum est præstolari eum silentio salutare Dei.
27. 2 TETH. Bonum est viro, eum portare iugum ab adolescentia sua.
28. 1 IOD. Sedebit solitarius et tacebit : quia levavit super se.
29. 1 IOD. Ponet in pulvere os suum, si fortè sit spes.
30. 1 IOD. Dabit percipienti se maxillam : saturabitur opprobriis.
31. 2 CAPH. Quia non repellit in simpiternum Dominus.
32. 2 CAPH. Quis si abiecit, et miserabitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.

4. BETH. Il a fait vieillir ma peau et ma chair ; il a brisé mes os.
5. BETH. Il a bâti autour de moi ; m'a entouré de fiel et de peines.
6. BETH. Il m'a mis dans des lieux ténébreux, comme ceux qui sont morts pour jamais.
7. GHMEL. Il a bâti des forts contre moi pour m'empêcher de sortir ; il a appesanti mes fers.
8. GHMEL. En vain je crierais vers lui, et je le prierais ; il a rejeté ma prière.
9. GHMEL. Il a fermé mon chemin avec des pierres carrées ; il a renversé mes sentiers.
10. DALETH. Il est à mon égard comme un ours et, embuscade, comme un lion qui attend dans un lieu caché.
11. DALETH. Il a renversé mes sentiers ; il m'a brisé, il m'a laissé dans la désolation.
12. DALETH. Il a tendu son arc, et il m'a mis comme en butte à ses flèches.
13. HE. Il a lancé dans mes reins les flèches de son carquois.
14. HE. Je suis devenu le jonc de tout mon peuple, le sujet de leurs chansons pendant tout le jour.
15. HE. Il m'a rempli d'amertume : il m'a enivré d'absinthe.
16. YAV. Il m'a rompu les dents, sans m'en laisser une seule ; il m'a nourri de cendres.
17. YAV. La paix a été bannie de mon âme ; j'ai perdu le souvenir de toute joie.
18. YAV. J'ai dit : C'est fait de moi, et de l'espérance que j'avais dans le Seigneur.
19. ZAIN. Seigneur, souvenez-vous de la pauvreté où je suis, de l'excès de mes maux, de l'absinthe et du fiel dont je suis abreuvé.
20. ZAIN. Je repasserai toujours ces choses dans ma mémoire, et mon âme s'ancrera en elle-même.
21. ZAIN. Ce souvenir, que j'entreprendrai dans mon cœur, deviendra le sujet de mon espérance.
22. HETH. Si nous n'avons point été perdus entièrement, c'est l'effet des miséricordes du Seigneur ; c'est parce que nous avons trouvé en lui un fonds de bonté inépuisable.
23. HETH. Vous me faites tous les jours de nouvelles grâces ; ô Seigneur, que vous êtes fidèle dans vos promesses !
24. HETH. Le Seigneur est mon partage, dit mon âme ; c'est pour cela que je l'attendrai.
25. TETH. Le Seigneur est bon à ceux qui espèrent en lui, à l'âme qui le cherche.
26. TETH. Il est bon d'attendre en silence le salut que Dieu nous promet.
27. TETH. Il est bon à l'homme de porter le joug du Seigneur dès sa jeunesse.
28. IOD. Il s'assiera solitaire, et il se taira, parce qu'il a mis ce joug sur lui.
29. IOD. Il mettra sa bouche dans la poussière, pour concevoir ainsi quelque espérance.
30. IOD. Il tendra la joue à celui qui le frappera, et se rassiera d'opprobres.
31. CAPH. Car le Seigneur ne rejette pas pour toujours.
32. CAPH. S'il nous a rejetés, il aura aussi compassion, selon la multitude de ses miséricordes.
33. CAPH. Car ce n'est pas de bon cœur qu'il a humilié et recue les enfants des hommes.
34. LAMED. Pour fouler aux pieds tous les habitants de la terre, qui sont maintenant captifs.

35. 2 CAPH. Non enim humiliavit ex corde suo, et abiecit filios hominum.
36. 2 LAMED. Ut contereret sub pedibus suis omnes victos terre.
37. 2 LAMED. Ut declinaret iudicium viri in conspectu vultus Altissimi :
38. 2 LAMED. Ut perverteret hominem in iudicio suo, Dominus ignoravit.
39. 2 MEM. Quis est iste, qui dixit ut fieret, Domino non jubente ?
40. 2 MEM. Ex ore Altissimi non egrediantur nec mala nec bona ?
41. 2 MEM. Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis suis ?
42. 2 MEM. Scrutemur vias nostras, et queramus, et revertamur ad Dominum.
43. 2 MEM. Levemus corda nostra eum manibus ad Dominum in celos.
44. 2 MEM. Nos inique egimus, et ad iracundiam provocavimus : ideò tunc in inexorabilis es.
45. 2 SAMEL. Operuisti in furore, et percussisti nos : occidisti, nec pepercisti.
46. 2 SAMEL. Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.
47. 2 SAMEL. Eradicationem et abjectionem posuisti me in medio popolorum.
48. 2 PE. Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.
49. 2 PE. Formido et laqueus facta est nobis vaticinatio et contritio.
50. 2 PE. Divisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filie populi mei.
51. 2 AIN. Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eò quòd non esset requies :
52. 2 AIN. Donec respiceret et videret Dominus de caelis.
53. 2 AIN. Oculus meus depraedatus est animam meam in cunctis filiabus urbis meæ.
54. 2 TSADE. Venatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis.
55. 2 TSADE. Lapsa est in lacum vita mea, et posuerunt lapidem super me.
56. 2 TSADE. Inundaverunt aquæ super caput meum : dixi : Perit.
57. 2 KORH. Invocavi nomen tuum, Domine, de lacu nevissumo.
58. 2 KORH. Vocem meam audisti : ne avertas aurem tuam à singulis meo et clamoribus.
59. 2 KORH. Appropinquasti in die quando invocavi te : dixisti : Ne times.
60. 2 RESCH. Iudicasti, Domine, causam animæ meæ, redemptor vite meæ.
61. 2 RESCH. Vidisti, Domine, iniquitatem illorum adversum me : iudica iudicium meum.
62. 2 RESCH. Vidisti omnem furorem, universas cogitationes eorum adversum me.
63. 2 SCIN. Audisti opprobrium eorum, Domine, omnes cogitationes eorum adversum me :
64. 2 SCIN. Labia insurgentium mihi, et me :

35. LAMED. Il ne refuse pas la justice qui est due à un homme aux yeux du Très-Haut.
36. LAMED. Le Seigneur ne sait ce que c'est que de perdre un homme, en le condamnant contre l'équité.
37. MEM. Qui est celui qui a dit qu'une chose se fit, sans que le Seigneur l'eût commandée ?
38. MEM. Est-ce que les maux et les biens ne sortent pas de la bouche du Très-Haut ?
39. MEM. Pourquoi l'homme murmure-t-il pendant sa vie, l'homme qui souffre pour ses péchés ?
40. MEM. Pourquoi l'homme murmure-t-il pendant sa vie, l'homme qui souffre pour ses péchés ?
41. MEM. Examinons avec soin nos voies ; cherchons et retournons au Seigneur.
42. MEM. Eleçons au ciel nos cœurs avec nos mains vers le Seigneur.
43. MEM. Nous avons agi injustement, nous nous sommes attiré votre colère, Seigneur ; c'est pourquoi vous êtes devenu inexorable.
44. SAMEL. Vous vous êtes caché dans votre fureur, et vous nous avez frappés, vous nous avez tués sans épargner.
45. SAMEL. Vous avez mis une nuée au-devant de vous, afin que notre prière ne passe point.
46. PE. Examinons avec soin nos voies ; cherchons, comme une plante que vous avez arrachée et rejetée.
47. PE. Tous nos ennemis ont ouvert la bouche contre nous.
48. PE. La prophétie est devenue notre filet et notre ruine.
49. PE. Mon œil a répandu des ruisseaux de larmes, en voyant le brisement de la fille de mon peuple.
50. AIN. Mon œil s'est affligé, et ne s'est point tu, parce qu'il n'y avait point de relâche.
51. AIN. Jusqu'à ce que le Seigneur jetât les yeux sur nous, et nous regardât du ciel.
52. AIN. Mon œil a ravi mon âme à cause du malheur de toutes les filles de Jérusalem.
53. TSADE. Ceux qui me haïssent sans sujet m'ont pris comme un oiseau qu'on prend à la classe.
54. TSADE. Mon âme est tombée dans la fosse, et ils ont mis sur moi une pierre.
55. TSADE. Un déluge d'eaux s'est répandu sur ma tête, et j'ai dit : Je suis perdu.
56. KORH. J'ai invoqué votre nom, ô Seigneur, du plus profond de l'abîme.
57. KORH. Vous avez entendu ma voix. Ne détournez point votre oreille de mes gémissements et de mes cris.
58. KORH. Vous vous êtes approché au jour où je vous ai invoqué ; vous avez dit : Ne craignez point.
59. RESCH. O Seigneur, vous avez pris la défense de la cause de mon âme, vous qui êtes le rédempteur de ma vie.
60. RESCH. Vous avez vu, ô Seigneur, leur iniquité contre moi ; faites-moi vous-même justice.
61. SCIN. Vous avez entendu, Seigneur, les injures qu'ils me disent, et tout ce qu'ils pensent contre moi ;
62. SCIN. Les paroles de ceux qui m'insultent, et ce qu'ils méditent contre moi pendant tout le jour.

ditationes eorum adversum me totâ die.

63. W SCHN. Sessionem eorum et resurrectionem eorum vide : ego sum psalmus eorum.

64. TAV. Reddes eis vicem, Domine, juxta opera manuum suarum.

65. TAV. Dabis eis scutum cordis laborem tuum.

66. TAV. Persequeris in furore, et conteres eos sub colicis, Domine.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — EGO VIR VIDENS, etc., *vidit*, vel, qui *vidit*, (P. M. P. etc.) qui *experitur*, (JT. sim. Ti. Ar.) *afflictionem in virgâ*, vel, *per virgam*, (P. sim. Ti.) *indignationem ejus* (Mo., etc.). Loquitur hic propheta vel, 1° de seipso (Q. in San. He. in V.), in carcere coniecto (He. in V. G.) : vel, 2° de populo Judaico (V. Calov. Glas.), qui hic in specie unius viri narrat persequentes suas (Glas. rhet. 1. 9, 204.) : vel, 3° et de se, et de populo (San. Ang. sic M.). Cum publicis malis simul et sua deplorat Jeremias (G.) : interdum etiam typicè ad Christum excitatur, cujus typus erat Jeremias (San.). Non agit hic Jeremias privatam causam, sed de elade totius populi, quem suo exemplo hortatur ad luctum et penitentiam (Calv.).

VERS. 5. — ER, etc., *veritè*, vel, *convertes*, *manum suam* (Mo. P. Calv. etc.) sub. in, *vel contra me*, (Calv. P. Ang. etc.) ut novas plagas mihi infligat (Ang.). *Mutavit manum*, etc., id est, percussit me manu suâ quâ me protegere solebat (Pi.).

VERS. 4. — VETUSTAM FECIT, etc. Sic Mo. P. etc., id est, senium, hoc est, rugas et maciem, induxit carni meae (Pi.).

VERS. 5. — BENEFICAVIT, etc., *edificavit super me*, (Mo.) *vel contra me*, (Calv. Strig. sic P. M. etc.) *vel circa me*, (Pi.). Undique me inclusit. Vide infra v. 9 (G.). Castra et aggres circa me posuit (Ang.), ne quâ possim elabi (Calv.). Alii : *Obstruxit mihi*, (Ca.) *et circumdedit*, vel, *cinxit*, (Pi.) *circumvallavit*, (Sy. Ti. sic Ca.) sub. *me*, (Ti. Pi. Ang.) *felle*, vel, *toxico*, (V.) *cuticula*, (JT. Pi.) *veneno*, (Calv.) *et labore*, (Sy. M. P.) *vel, miseriam*, (Strig.) *vel, lassitudinem*, (Ti. sim. Ca. V. Mo.) *Quæ cum felle*, non benè conjungitur. Vide num legendum sit *vetaamah*, vel, *fel cum absinthio* conjungatur, duæ res amarissimæ, ut Deut. 29, 18, etc. (Ca.). *Vel, molestia*, à *luah* (V.). Alii : *Et circumdedit caput meum*, (z. Q. in V.) *et laborare fecit*, (z.) *et suspendit ipsum*, à *thalah* suspendit, Chald. : *Et circumdedit civitatem*, et *eradicavit capita*, id est, duces populorum (V.). *Et vallavit caput meum*, et *fatigavit me in tenebrosis locis* (Ar.). Quæ postrema verba huc trahit ex vers. seq.

VERS. 6. — IN TENEBROSIS, nempe, *locis*, (Mo. P.) *vel, in tenebris*, (M. Ca.) id est, in carcere (Mar.) ; *vel, in sepulchro*, ex collat. verborum seqq. Confer Ezech. 37, 15, (Pi.) *collocavit me*. Ita z. sic Ar. M. V. *vel, manere fecit me*, (P. Mo. simil. Calv.) *quasi mortuos seniperternos* ; (sim. Ti. Ca.) *seculi*, (Mo. o. Calv.) *in seculum*, (P.) *à seculo*, (M.) *jam olim* (Pi. sic JT.). Qui putredine consumpti sunt (Calv.).

VERS. 7. — CIRCUMBENEFICAVIT, etc. *Circumsepivit*

63. SCHN. Consol. rez. les, soit qu'ils se reposent, soit qu'ils agissent ; et vous trouverez que je suis devenu le sujet de leurs chansons.

64. TAV. Seigneur, vous leur rendrez ce qu'ils méritent, selon les œuvres de leurs mains.

65. TAV. Vous leur mettez comme un bouclier sur le cœur, par le travail dont vous les accablez.

66. TAV. Vous les poursuivrez dans votre fureur, et vous les exterminerez de dessous le ciel, ô Seigneur.

me, (P. Ti. Ca., etc.) id est, quasi sepe objectâ viam mihi interclusit (V.). *AGGRAVAVIT*, vel, *gravem fecit*, (Ca.) *compedem meum* : ita P. Vincula mea, (M.) *pedicæ meas*, (Ti.) *vel, as meum*, vel, *chalybem meum*, (Pi.) *pedicæ arcas*, vel, *numellas chalybeas*, (Pi.) *meas* (V.).

VERS. 8. — EXCLUSIT, etc., *obstruxit*, vel, *occlusit*, (P. sim. M. Calv. V.) *obturat*, (Pi.) *Orationem meam*, (Mo.) *ne scilicet perveniret ante illum* (V.). *Vel, orationi meae*, (JT. Pi. sim. P. Ti. Calv.) sub. *aures*, (P. Ti. Angl. etc.) vide Ps. 58, 5 ; Act. 7, 57 (Ang.) ; *vel, sub, januam*, (Calv.) *Metaphora* ab iis qui januam ingressuris occludunt (Q. in Ang.).

VERS. 9. — CONCLUSIT VIAS MEAS LAPIDIBUS, etc. *Lapide cæso*, (JT. Pi. sic P. Mo., etc.) *vel, quadrato* (Calv. sim. Ca. V.). Ne perumpere possim. Lapidés quadrati inter se arcè coherent ; et nullam fracturam admittunt. Respicit biennalem obsidionem (Calv.). *SEMITAS MEAS SUBVERTIT, depravitit*, (Ti. Ca. V.) *conturbavit*, (z.) *obliquavit*, (Sy.) *intervertit*, (M.) *mutavit* à consuetudine (V.) : *pervertit*, (Mo. P. Calv.) id est, maledixit et se opposit omnibus consiliis et conatibus nostris, ut in irritum cedant (Calv.). Fecit ut omnia malè mihi succederent (Me.). Omnem spem et modum evadendi mihi præripuit (T.).

VERS. 10. — USUS INSIDIARUM. Ursus est animal verutum et insidiosum, (testibus Oppiano et Adamantio et Martial. epigram. 6, 64, Plin. 8, 56.) quòdque in speciem circuratum, ad ingenium suum subinde redit, et incautos homines necat (BA. 1, 5, 9, 812.).

VERS. 11. — SUBVERTIT. Ademit mihi ambulandi libertatem (G.). *Pervertit*, (P. M. Calv.) et me quasi retro egit, ut omnia infeliciter cederent (Calv.). *Divertere fecit*, (Mo.) *flexit*, (Ca.) *vagas*, vel, *obliquas*, (Sy.) *reddidit*, (Ti. V. sic JT.) *dissipavit*, (V.) *evertit*, (Pi.).

VERS. 15. — FILIAS, vel, *filios*, (Mo.) *pharetra sua*. Sic M. etc., *vel, sagittas suas*. (P. Pi. Sy. etc.)

VERS. 14. — IN DERISUM OMNI, etc., *vel, toti*, *populo meo*, (P. Calv. M. Ti. Mo. z.) id est, perdidit à populo meo (He. in Ang.) : *vel, populo* qui olim meus erat, *vel, mihi* subditus, ut Moab, Ammon, etc. (Ang.). Sed absurdum videtur, Judæos fuisse derisos à suo populo (Calv.). Resp. : 1° Ergo propheta hoc loco de suis, non de populi malis conqueritur (Q. in V.) : 2° Non significat quid factum sit ; sed tantum conqueritur statum suum fuisse ita probrosam, ut, dum alii alios aspicerent ; haberent materiam subsannationis ; si ita passa fuisset eorum conditio (Calv.). 3° Alii itaque aliter reddunt : *Cum toto populo meo*, (JT.)

cum, ut Esd., c. 1, 5 (Ang.). *Omnibus populis* ; pro *ammi*, legendum *ammin* (Pi. Ang.), sicut 2, Sam. 22, 44 collat. cum Psal. 18, 44 (Ang.), ut sententia hujus loci evincit (Pi.), et pronomem plurale sequens, quod videtur respicere vel requirere nomen præcedens plurale, *canticum eorum*, scil., *populorum* (Buxt. vind. 2, 15, 967), *apud omnes gentes*, (Sy.) *omnibus dissipatoribus populi mei*, (Ch.) *omni populo* : *iod in ammi* hic non est pronomem, sed paragogicum, ut sæpè (San.).

VERS. 15. — INEBRIAVIT ME ABSINTHIO ; ita P. M. etc. *Felle*, vel *ceneno* : non, *absinthio*, nam hæc est herba salubris, licet amara, *aconito* ; quo, ut hic *inebriare*, ita Jer. 9, 15, *cibare*, dicitur Deus : ut loco altero ad herbe stirpive folium, quod esui sit, altero ad succum, qui potui destinatur, respectus habebatur (Ga. adv. c. 5, p. 50.).

VERS. 16. — FREGIT AD NUMERUM, id est, ad unum omnes, ordine et sigillatim (Me. sim. T.), *dentes meos*. Quia in Greco est : *ἔγχετο εἰς ψῆφον*, etc., putavit hic interpres *ψῆφον* esse *calculum*. At Græc. per *ψῆφον* intellexit *lapillum* (G.). *Et confregit*, vel *comminuit*, *vel, labefactavit*, (Ti) *confringere fecit*, (Mo.) *confringi fecit*, (G.) *lapillis*, etc. (P. M. sim. Mo. Ca. z. etc.) id est, *pauè lapidoso*, ut loquitur Seneca (G. sim. Me.) : *pauè infecto micis lapidis* (Pi.) : *panibus subcineribus*, quibus ut plurimum calculi sine lapilli admixti sunt (V.). Immiscuerunt calculos panibus meis, quorum esu attritii sunt dentes mei (M. ex RS. sim. V.).

VERS. 17. — ER, etc., *elongavit se*, vel, *subduxit se*, (V.) *disscessit*, (M.) *depulit*, (Ti.) *deturbavit Dominus* (V.) : *vel, repulit*, ô Jehova (Pi.). Alii : *Ad eò reficis*, (JT.) *et remota pait* (Calv.), à *pauè*, id est, à pristina felicitate ; *quiete et gaudio* (T.) ; *vel, à tranquillitate* status mentis meæ (V.) ; *anima mea* (Mo. P. etc.), q. d. : *Nihil mihi bonum residuum est* (Ang.). Scribe posuerunt *napheschi* ; sed fuerat *naphesheka*, ad Deum verso sermone, cujus cogitationes longè à suâ prosperitate abuisse queritur Jeremias (G.). Sed mira hæc Grotii *ἄσθητα* in corrigendis, sine ullo indicio, fontibus. Non de Deo agi docent verba sequentia, *oblitus bonorum* (Calv.). *Oblitus sum bonorum*, vel, *boni*, (Mo. P. etc.) id est, felicitatum (V.). *Oblivio* hæc realis est, et boni privationem denotat (Ca.). Ca. hoc cum præced. sic reddit : *Ita ut pauè destitutus bonum nesciam*.

VERS. 18. — PERIIT FINIS, etc., *robur*, vel, *duratio*, (Mo.) *victoria*, (z. Ar.) *memm*, et *spes mea à Domino* (M. Ti. JT. etc.) *vel, quam in Jova habebam*, (Ca.) *Perrit statio mea* in fortitudine quæ erat mihi (He. in V.). Ita solent homines conturbati varia cogitare ac dicere : jam desperant, jam ad spem eriguntur. Gradum hic struit sequenti consolationi, vers. 24 (V.). Gravissima hæc erat tentatio : propheta ferè desperatione obruitur, persuasus se à Deo esse derelictum (Calv.).

VERS. 19. — RECORDARE PAUPERATIS, etc., *recordando*, vel, *recordare*, (Mo. M.) *recordari*, (Calv.) *vel, dum recordor*, (P. sic Pi.) *afflictionis meæ, et ærumnam meam*, (Calv. M. etc.) *vel, planctus*, vel, *ploratus mei*.

(P. JT.) *vel, exsiliū mei* (Pi.) *vel, rebellionis meæ* (Mo. Ti.). Non placet : *cim sit potius Deo obliviscenda* rebellio, ut misereatur. *Vel, acerbitatis meæ* : *meruè* legendum videtur, *daleth* penultima ; qui facilis est lapsus, indiscrete penè literarum similitudine. Est enim gemina sententia eleganter composita (Ca.). Hæc sententia pendet à præcedente. Exprimit quomòdò succuberit tentationi, quòd mala sua nimiam agitaret (Calv.).

VERS. 20. — MEMORIA, etc., *recordando*, sub. *enim*, (P.) *recordatur*, vel, *recordabitur*, (Mo. M. Calv. P.) *vel, dum intimè recordabatur*, (Pi.) *et incurvatur*, vel, *incurvabitur*, vel, *incurvabatur*, (Pi.) *vel, humiliabitur*, (Calv.) *super*, vel, *in*, (P. Pi. etc.) *me*, etc. (Mo. M. Ti.) Quotiescumque animus meus illius temporis reminiscitur, totus contabescit (G.). (JT. versum sic reddunt : *Planè*, inquam, *recordando mediatur apud me anima mea*.) *Memoria repeto*, et *animo meo meditator*, (Ca.) fut. hic pro pres. *Recordatur, atque incurvatur, vel, deficit se*, q. d. : *Recenti memoriâ recoit* (V.).

VERS. 21. — Hoc, etc., *vel, sed hoc*, (JT.) *tamen hoc*, (Ang.) *reduco*, vel, *revoco*, vel, *revocabo*, *vel, dum reduco*, (Ti.) *ad cor meum*, *idcirco*, vel, *iterum*, (Ti.) *vel, et ob id*, (M.) *spero* vel, *sperabo*, (P. JT. Ca. Calv. etc.) *Sed quid vult per hoc?* Resp. *Vel* ipsa desperationem, quæ spem gignit, ubi scilicet homo, infirmitatis suæ conscius, et propensionis ad desperationem, ad Deum se et vola sua convertit. Ita ipsa infirmitas causa est benè sperandi, et Deus lucem elicit ex tenebris (Calv.). *Vel, 2° statum præter liberationem meam ex lacu luto*, simul mihi ob oculos ponens, id argumentum habeo quo in posterum quoque Deo confidam (G.). *Vel, 3° quod me recordaberis* (Mar.). *Vel, 4° quod sequitur v. 25* (Belg. sim. M. ex Ch.).

VERS. 22. — MISERICORDIE, etc., *vel, ex misericordiis*, (M.) *vel, summæ benignitatis*, (JT.) *nempe*, quod *summa misericordiâ*, (Angl. sim. Pi.) *et vox plur. inuit*, Ps. 89, 2 (Ang.). *DOMINI*, sub. *sunt*, (P.) *vel, est*, (M. JT. sic Pi. Angl.) *quod non sumus consumpti, quia, vel, quod*, (JT.) *non defecerunt, vel, finiantur*, (JT.) *miserationes ejus*, (Mo. P. M. JT. Angl.) *Alii* *עו* transponunt, et *עו* accipiunt pro *עו*, *ל* *עו* litteræ geminande (Q. in V.) *עו*, *עו* pro *עו* *עו* litteræ *עו*, pro *עו*, est forma Chaldaica ; et hic ita sumpsit Chald. interpres, qui locum sic reddit : *Benignitates Domini quia non defecerunt, quia non cessarunt misericordiæ ejus*. Etiam, *עו* *עו* *עו* *עו* *עו* *עו*, quia non deseruit me (G.). *Quòd*, *vel, quia*, (G.) *miseriardiæ Domini non deficiunt, vel, defecerunt, vel, consumptæ sunt* (G.) *et quòd miseraciones ejus non cessant*, (Ti.) *Jovæ clementiam didicisti non esse consumptam, non defecisse misericordiam* (Ca.).

VERS. 25. — Novi, etc., *novæ*, vel, quòd *novæ*, (Ti.) *vel, quæ recens*, (Ca.) *imò novæ*, (Pi.) *vel, nempe*, quod *renovate*, (Angl.) sub. *sunt*, (P. Ti.) *vel, est*, (Ca.) *vel, exhibentur*, (M.) sub *miseriardiæ ejus*, (P. sim. V. M. G. Pi.) *matutinis*, (z. Mo.) *vel, quotibet mane*, (P. sim. JT. Pi.) *mane et dituculo*, (M.) *vel, quotidie* (Ti. Ca. sim. V.). *Quotidie* aliæ alias sequuntur (G.).

VERS. 24. — PARS, vel, *Portio*, (JT. Pi. etc.) *mea Dominus*, etc., id est, ita charus mihi ut heredi portio (Pi.). Unicum hoc est patientie fundamentum et spei, ut contenti sumus uno Deo et ejus favore (Calv.).

VERS. 26. — BONUM, sub. est. (P. Ang. etc.) *et*, vel, *quod*, (Angl.) ita copulativa sumitur Ps. 144, 5 (Angl.); vel, *quod et*, (P.) *expectabit*, vel, *expectet*, (Mo. P. Angl.) sub. homo, (P. Angl.) et *silebit*, vel, *silens*, (Mo. P. Angl.) sub. sit, (P. Angl.) *ad salutem* vel, *in salute*, (Mo. P.) *Jehova*. Abrupta locutio, sed sententia non est ambigua. Resolvi debent verba fut. temp. in modum subjunctivum; q. d.: Bonum erit, ubi quisque speraverit in salute Jehova, et ut id cum silentio fiat, hoc est patienter ferendo omnes erumnas, donec Deus succurrerit (Calv.). Bonum est, sub. tales, (V.) *sperare*, et *in silentio expectare salutem*, etc. (Ti. V.) Bonum est patienter expectare Jova defensionem, (Ca.) *expectare et silere*, vel, *expectare cum silentio*; ut Isa. cap. 47, 5. *Sede, sile*, id est, sede cum silentio, (Angl.). Bene est et speranti et acquiescenti in, etc. (JT.) Bene agit cum eo qui et expectat et silet ob salutem, etc. (Pi.) *bonus*, sub. homo, (M.) vel, *vir est*, (Q. in V.) *expectat*, vel, *qui expectat*, sive *sperat*, (Q. in V.) et *silet ad*, etc. (M. Q. in V.) *Silentium* hic, pro patientia (G.). *Silere* in S. S. est, quiescere, et afflictiones nostras placide et sedato animo ferre, arbitrio Dei nosmet subjicere, et in Deum recumbere (Calv.).

VERS. 27. — CURA (vel, s. M. Ti.) *PORTAVERIT JUGUM*, vel, 1^a doctrina; ut docilis et obediens sit, etc., vel, 2^a castigatio Dei; ut eam placide feramus (Calv. sim. Aug.). Ita duplex sensus est, et uterque probabilis: primum tamen praefero (Calv.). Jugum, vel, legis et mandatorum Dei (Me.); vel adversitatum: quia his domatur fervor juvenilis, accentur illecebra peccatorum, reboratur animus, etc. (T.). AB ADOLESCENTIA. Senes enim et tardi sumi, et praefracti, praedictis imbuti, intractabiles, qui vix sustinent se doceri, et in ordinem cogi (Calv.).

VERS. 28. — SEDEBIT, etc., *manebit*, (Mo. P.) *sedet*, (Ti.) *maneat*, (Ca.) *qui sedens*, (JT.) *si sedeat*, (Pi.) *ut sedeat*, (Angl.) *solitarii*, vel *solus*, vel *seorsim et silebit*, (Mo. P. Calv. M.) vel, *tacet*, (Ti.) *tacitus*, (Ca.) *acquiescit*, (JT) et *sileat*, (Pi. Angl.) Hic monstrat fructum docilitatis et obedientiae, et vim atque naturam vere patientiae. Ethnici magnanimi erant, sed theatrum spectabant et laudem ab hominibus, etc. Pius autem, etsi nemo adisi testis, seorsim tranquillus est, et se Deo subicit (Calv.) *QUIA*, etc., vel, *quod*, (V.) *cum*, (P. Angl.) *portavit*, vel *tulit*, vel *solutus sit portare*, (Q. in V.) *super se*, (Mo. P. Calv. sic M. Pi., etc.) vel, *proiecit super ipsum*, (Ti.) sub. *Dominus*, (V.) et sub. *Jugum*, (P. V. Pi., etc.) vel, *imponitur ei*, (Angl.) Verbum indefinite positum passivè redditur (Ang.). *Quod imposuerit ei Deus*, (JT.) Sensus loci: Jugo se accommodat: non jactat jugum, *εὐχρησάζει*, non oblectatur jugo (G.). Non significat desperantem animam, sed progentem se in iudicium et voluntatem Dei, paratum semper ad majora ferenda (V.). Dicit hoc esse specimen vere tolerantiae, si *ferimus*, etc., nec rebus

adversis succumbimus. Forsan, pro *alio*, legendum *olo*, *Jugum ejus*, nempe vel Dei vel hominis: ita sensus optinè quadraret, et rationem redderet, cur fidelis quiesceret, etc., quia portarunt Jugum, etc. (Calv.)

VERS. 29. — POSSES, etc., *dabit*, vel, *ponet*, (P. M., etc.) *ponit*, (V.) *qui indit*, (JT.) *si indat*, (Pi.) *ut ponat*, (Angl.) *in pulvere os suum*, (Mo., etc.) id est, submissè de se sentit et loquitur, quasi terram desolaretur (V.): ut contra: *Ponere in calum os suum* est, superbe et arroganter de se sentire et loqui, et quasi Deo insultare (T.). Qui os suum occultat, ne Deo obmurmuret (Calv.); humiliat se usque ad terram (Me. T. Angl.); supplex coram Deo facit, terram attingens more supplicum, 2 Sam. 12, 16; et 14, 22 (Calv.). Deum adorat in terram prout; sic 1 Cor., 14, 25 (G.). Si *forte*, vel, *an forte*, (Ti.) dicens, vel dicendo, *forte*, (JT. Pi.) non significat dubitare fideles, sed tantum difficultatem rei exprimit (Calv.), est, vel *sit*, vel *sese offerat*, (Ti.) spes, sive *expectatio*, (P. M. JT. etc.) Si forte hæc sut defectioe humilique orce spei suæ ac voti compos fiat (T.). T3 si non est hic dubitantis, sed, more Hebræorum, affirmantis: nam ex humilitate et patientiâ concipitur spes, quæ non confundit (Me.).

VERS. 30. — DABIT, vel *praebet*, (Ca.) *praebet*, (JT.) *si praebet*, (Pi.) *ut praebet*, (Angl.) *PERCUITENTI SE MAXILLAM*. Ita Mo. P., etc. Alterum patientiæ fructum commemorat, quod tranquille ferat non modò afflictiones à Deo, sed et injurias ab hominibus. Multi à Deo afflicti moderatè se gerunt: sed si occurrat hostis, prolium in has voces: Non est mihi nunc negotium cum Deo, sed cum homine scelerato, etc. (Calv.).

VERS. 31. — QUIA NON REPELLET, etc., vel, *deseret*, (Ti. P. sim. M. Ca., etc.) q. d.: Hoc autem faciet justus patiens, et considerans, quod Deus non abjiciet, etc. (Me.). persuasus felicem rei fore exitum, etc. Sine spe nulla est penitentia (Calv.).

VERS. 32. — QUIA, vel *nam*, vel *quoniam*, (V.) *sed*, (Pi.) *si*, vel, *cum*, (JT. Pi.) vel, *etiam*, (Strig.) *dolore affecterit*, (P. Calv. sim. Mo. M., etc.) *Et*, vel *etiam*, (Calv. JT.) *versum*, (M. Pi.) vel, *tamen iterum*, (Strig.) *Miserentur*, (P. Mo. Calv., etc.) *Sed idem et affligit*, et *miseretur*, (Ca.) Tempora mutantur (Mar.). Pœna piorum sunt temporales (Calv.).

VERS. 33. — NOX, etc., *affligit*, vel *afficit*, ullos, nedum pios (Ang.), *ex corde suo*, (Calv. P. Mo, etc.) id est, libenter, quasi deleteret hominum miseris (Calv. Me.); non quòd bonis male velit, sed ut eos at exploret, aut in exemplum patientie proponat. Vide sequentia (G.). Non ex animi sui sententiâ (T.), aut ex directâ electione affligit (L.): non ex mero aut proprio motu (Ang.); sed peccatis quodammodo coactus (Me. sim. Calv. Ang.), et in bonum nostrum. Quamvis aperta hoc in genere verum sit, indubiè tamen propheta hic de fidelibus solis agit, etc. (Calv.)

VERS. 34. — UR, etc., *ac conterendum*, vel, *conterere*, (Ti. JT., etc.) *ut conterat*, (P. M.) *cum quis conterit*, Hebr., cum quis comparatus est ad conterendum,

(Pi.) *sub pedibus suis*, etc. (Mo. Calv., etc.) Hic versus et duo sequentes pendunt, vel, 1^a à precedentibus (Q. in Calv. sim. San.); q. d.: Non prorsus abjici Deus homines, ut illos conterat, quia non punit ex corde, etc. (San.). Refert his versibus quenam illa sunt quæ Deus neque ex corde facit, neque procuraverit (Q. in Angl.). Vel, 2^a à fine versus 36, *Dominus ignoravit* (San. Me.); quod repetendum est in singulis versiculis, hoc modo scil.: Deus ignoravit ut contereret, etc. (Me.) Locus dupliciter accipi potest; vel, 1^o ut rationem reddat, explicetque magis naturalem Dei benignitatem; q. d.: Longè abest à Deo, ut id meditetur aut velit quod homines solent, nempe ut conculcent, etc., iudicium pervertant, etc.; vel, 2^o ut occurrat tacite objectioni adversus benignitatem Dei, quòd Judæos contereret, etc. Hic respondet Deum id ignorare, id est, non probare. Sed prius praefero (San.). Existimo hic referri impias Judæorum illorum voces, qui Deum querebant immisericordem esse, et se à Deo negligi, et Deo conniventia fieri quòd improbi ipsos contereret, etc. Loquitur ergo per modum concessionis, etc. (Calv.). Porro, *conterere sub pedibus suis*, graviter affligere et funditus perdere. Per victos hic intelligit Judæos (T.).

VERS. 35. — UR, etc., *ad percontandum*, vel, *ut declinet*, (M. sic Calv.) *ut declinare faciat*, (P. sim. Mo. e.) *detorque*, (JT.) *invertere*, (Ca.) *cum quis detorqueat*, (Pi.) *iudicium*, vel *ius*, *veri coram conspectu*, sive *facie*, *Altissimi*, vel *Excelsi*, (Calv. M., etc.) id est, vel, 1^o iudicis terreni, cui titulus *excelsi* tribuitur Eccles., 5, 8 (Angl.). Unde (JT.) hic reddunt *superioris*; vel, 2^o Dei (Ang. M., etc.); eum ejusque iram sperare, etc. (Ang.); vel, sic loquitur, quia Deus adest in iudicantibus et in iudiciis (Calv.).

VERS. 36. — DOMINUS IGNORAVIT, non vidit, vel videt, (Mo. P. M. Calv.) vel, *novit*, (Ti. sim. Ca.) vel, *probat*, (JT. V. Angl.) ut phrasim sumitur Num. 23, 21; Hab. 1, 13, q. d.: Quamvis Dets tales poenas populo suo infligi sinat, eas tamen non probat (Ang.). *Non novit*, practice scilicet, id est, nunquam talia fecit (T.), nec facere solet. Sic de miti dicimus, nescit irasci; et de crudeli, nescit placari (San.). Aliàs: Non vidit, praet. pro pres., id est, ne cogitat quidem (V.). Aliàs, q. d.: Quasi Dominus id non videret, si de tyranno agatur: si de Deo, sic: Quasi ipse non videret quod justum est et æquum: sic quidam pervertunt iudicium (Mar.). Aliàs, non videret? scil. injusta illa facinora (Pi.).

VERS. 37. — QUIS, ISTE? dixit: *Fuit, Deus non precepit*. Blasphemiam cum retulit, acri oburgatione compescit, et tanquam de re absurdâ interrogat, *Quis iste?* q. d.: Adeone insaniam homines, ut dicant Deo non præcipiente quiddam fieri? Quid enim est Deus sine iudicio (Calv.)? *Quis, sub. igitur est*, (P. Pi., etc.) *ille, sub. qui*, (P. M., etc.) *dixit, et fuit*, vel *factum est*, (Mo. P. M.) vel, qui cum dixit, factum est, (Pi.) *Dominus non precepit?* (Mo. P., etc.) vel, an non precepit istud? (Pi.) *Quis hoc dixerit, aliquid fieri quod Deus non præcipiat?* (Ti.) *Quisnam est quo dicente fiat ali-*

quid injussu Domini? (Ca. sim. JT. Strig.) Hæc cum ita sint, quis audeat dicere fieri quiddam sine Dei voluntate et providentiâ (Me. sim. Ang., etc.)? Quis tam veors est qui sic dicat (T.)?

VERS. 38. — EX ORE ALTISSIMI NON, etc. Non, vel, an non, (JT. Pi.) *egredietur malum*, (Heb.) *malia* (Angl.) vel, *quodque malum*, (JT. Pi.) *et bonum?* (Calv. sic JT. Pi., etc.) *Malum* intellige, non culpe, sed poenæ (E.) Vel, potest ita resolvi oratio: *Quasi verò non egredietur bonum et malum ex ore Dei ipsius* (Calv.). Pendet hæc sententia ex superiori (Me. sim. G.), et aliquid repetendum (Me.), *quis dixerit, vel dicere audeat, ex ore Altissimi non procedere et mala et bona?* (G. Me.) id est, et prospera et adversa (G.). Summo id peccatoribus solatio est, nihil ipsis obvenire nisi ex nutu Dei (T.). Confirmat suam sententiam, nempe, detestabiles esse eos qui Deum curare res humanas negant, etc. (Calv.).

VERS. 39. — QUM, etc., *cur*, vel *quid*, *sub. inquam*, (P.) vel, sub. *igitur*, (Ti.) *afflicta*, vel *afflictabi*, *æ*, vel, *mentitur*, (M.) *dolet*, (P. sim. V.) *quiritatur*, sive *murmurat*, (Ar. Ang. sic G. JT. G.) *tadio se conficit*, ut Num. 11, 1 (Calv.) *homo vivens*, (Mo. Ti., etc.) q. d., cui Deus adhuc poenitentiae tempus indulget (Calv.), *vir*, vel, et *vir*, (M.) *super peccato suo?* (Mo. P. Calv. sic G. Ar. Pi., etc.) vel, *in peccatis suis?* (M. Calv.) hoc est, peccatis adhuc insistens (Q. in Angl.). Vel, *cum fortiter insisit peccato suo?* (Ti.) vel, *propter poenas peccatorum suorum?* (JT. sim. G. Me. T.) q. d.: Si ob peccata affligitur, corrigat se (G.). Non est ergo quòd Deo calamitates suas imputet (Ang.), sed selegribus suis (T.). Alii totum sic reddunt: *Quid mortalitas, quid homo ob sui peccati poenam daret?* (Ca.) *Cur igitur quiritatur homo vivens?* (Pi. sim. Strig.) sub. *contra Deum*, (Strig.) *Unusquisque propter*, vel, *contra*, (Strig.) *sua peccata quiritetur*, (Pi.) vel, *fremat*, (Strig.) Ostendit cur homines ita decipiunt, ut excludant Deum à gubernatione mundi; nempe, quia in fece peccatorum suorum resident, nec dicta factaque sua seriò examinant, ut ex poenis culpam suam, adeoque Dei providentiam et iustitiam agnoscant (Calv.).

VERS. 40. — SCRUTEMUR VIAS, etc., *dicta*, *facta*, *coitata nostra* (Me.). Hoc examen opponitur torpori et tadio quo se frustra homines macerant, cum externis tantum mala sentiunt, ad causas verò non attendunt, nec sua vitia reputant (Calv.). Pia conclusio; q. d.: Cum mala nostra non à volente Deo, sed à peccatis nostris oriuntur, culpas nostras et scrutemur et corrigamus (Ang.).

VERS. 41. — CORBA... CUM MANIBUS. Ita hypocrisin à precibus excludit (Calv.).

VERS. 43. — OPERUISTI IN, etc. *Opposisti furorem*, (P.) *obvelisti iracundiam*, (Ca.) *umbraculum possidisti*, sive *oblatidisti*, in irâ, (M. Ti.) *possidisti velut tentorium iram*, vel, *fecisti tentorium ex ira*, sub. *contra nos*; q. d.: Possidisti tentorium furoris tui, ne videremus quòd iramus; aut, possidisti iram tuam veluti interstitium inter nos et te, ut non liceret in nostris afflictionibus ad te confugere (V.). *Operuisti*, sive *oblatidisti*, vel *obruisti*

ai, (Sy. Ar.) sub nos, (Sy. Ar. Strig. Angl. Pi.) vel, sub. te, ut sit gestus militaris Dei armati adversus illos venientes (Q. in Ang.) : vel, sub. faciem tuam, ne cernas mala tuis illata, adeoque miserearis, etc. (Al. in Ang.). q. d. : Ut implacabiliter punires, etc. Nam vel scississimi homines, oculis suis videntes triste spectaculum, ferè ad misericordiam flectuntur (Calv.) ; in ira, (S. Ar. Calv., etc.). Alludit vel, 1^a ad morem obtegendi faciem lugentium, 2 Sam., 15, 50; Esth. 6, 12, vel damnatorum, Esth. 7, 8 (Q. in Ang.) ; vel potius 2^a ad nubem afflictionum, quã quis involvitur (Ang.).

VERS. 44. — OPOSITIS NUBEM TIBI. Ita P., etc. vel, obtexisti te nube, (P. V., etc.). Nubes hic denotat, vel, 1^a iram Dei, quæ talibus rebus conferri solet, v. 45; Joel 2, 2 (Ang.) ; vel, 2^a recentem peccatorum memoriam G. : nubem peccatorum nostrorum (T. ex L.) ; vel, 3^a immutabilem tuam sententiam de nobis puniendis (T.).

VERS. 45. — ERAMINATIONEM, etc. Prima vox alibi non occurrat (Ang.). Verba variè reddunt : *Nauseam, abrasionem*. (P.) Sic vocat sordes sive res superfluas quæ alienigenæ abraduntur (V.) ; *colluviam*, (M. ex K.) *quasiqualias*, (Calv. Ca.) proprie, *scobes et ramenta*, (Calv.) ; *ידם* idem quod *תפוצה*, 1 Cor., 4, 15 (G. ex Calv.) ; *purgamentum*, (JT. Pi.) *ejectamentum*, (G.) *rejectionem*, (Ti.) *lutum*, (Strig.) et *objectionem*, vel, *abominationem*, (M.) *sordes*, (G.) *rejectionem*, (JT. Pi. sim. Calv.) *excrementum*, (Ca.) *contemptus*, (T.) *postiviti nos*, etc. (Mo.) Non enim specialiter de se hic, sed toto de populo propheta loquitur (G.), q. d. : Sordidos et contemptibiles nos reddidisti (V.). Significat ignominiam populi non fuisse occultam, sed omnibus patefactam (Calv.).

VERS. 47. — FOEMO, etc. *Pavor et fovea fuit*, vel, *adest*, (JT.) *evenit*, (V.) *sorsis*, (Calv. T. JT., etc.) id est, more timentium fugientes incidimus in foveam nobis paratam (V. sim. Calv.). VATICINATIO, vastatio, (Mo. P. JT. Pi. Ti., etc.) *seductio* (M.).

VERS. 49. — OCELLUS MEUS AFFLICTUS, etc., *defluxit*, vel *defluit*, et non *tacuit*, (Mo.) vel, *cessat*, (P.) *quiescit*, (M. sic Calv. G.) *à non intermissionibus*, (Mo. Calv.) vel, *quòd non*, sive *nulle sint intermissiones*, (P. Ti. Pi., etc.) id est, relaxationes, aut cessationes (V.), nempe miseriarum (Pi.).

VERS. 50. — DONEC RESPICERET, etc. Donec luctum suum cum spe et precibus ad Deum conjunctum fuisse, quò discerneret in cæco illo dolore quò increduli obruunt, etc. (Calv.).

VERS. 51. — OCELLUS, etc. *Oculus meus causa fuit*, vel, *negotium fecessit*, (Pi.) vel, *afflicti*, (JT. Ang.) vel, *dolore afflicti*, (P. Calv. sim. M.) vel, *lædit*, (Strig.) vel, *vindemiat*, (Ti. sim. i.) *animæ meæ*, (Mo. Pi.) vel, *animam meam*, (P. Calv. M., etc.) vel, *vitam meam*, (Strig.) Chaldaeus rectè explicat : *Tantus fuit fletus meus, ut noceret vitæ, id est, valetudini meæ* (G.), *ab omnibus filiabus*, etc. (Mo.) vel, *propter cunctas*, etc. (P. M. JT., etc.) *super omnes*, etc., (Ti. sic V.) plus levi quàm omnes filie (V.). Vel, in *cunctis*, etc. G. ex Vulg. Cum oppida circum Hierosolyma sua

